

nempe quadrupla est ratio. Ita etiam se habet quod a prima quadratum quod est lxviiii , ad id quod a secunda fit quadratum quod est xvi . Quadratus igitur qui est lxviiii , ad xvi , quadratum ratione habet quadruplam. Id itaque in planis exemplari hac ostensione liquet, At in solidis perspicuum est, quod quattuor datis rectis lineis sub eadem ratione proportionalibus, ut est prima ad quartam rectam lineam, ita se habet solidum quod a prima est, ad id quod a secunda fit simile similiterque positum solidum.

D A T I S igitur duabus rectis lineis propositum sit binas medias inuenire continue proportionales.

Sint igitur rectae lineae duc a b, b c, sub quocunque ratione date atque inter ipsas reperiendae sunt duae continuæ proportionales. Ergo ipsæ a b, b c, ad rectum iungantur angulum a b c. Compleaturque parallelogramum rectangulum a b c d, ducas

circumferentia ab c, super quo scribatur circulus a b c e d. Et quia anguli ad b d, per constructionem recti sunt, igitur per conversionem propositionis xxxi, li, iii, ele, Eu. Circulus a b c e d, transibit per b d, signa atque a b, b c, rectae lineæ in partes a c, ad infinitum producantur, ponaturque regula mota ad punctum d, secas a b, b c, productas in partes a c, ipsam quidem a b, m f, at ipsam b c, sus-

